# JANUARY 28, ST. PETER NOLASCO, CONFESSOR

Errors? help@extraordinaryform.org

St. Peter was born of a noble family in Languedoc, about 1189. He founded the Order for the Redemption of Captives, and for twenty-five years toiled to release Christian captives from Turkish slavery.  Worn out by his labors he died on Christmas Day, 1256.

| | |
|---|---|
| **IINTROIT Psalms 91: 13, 14**<br>Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri.   (Ps. 91: 2)  Bonum est confitéri Dómino: et psállere Nómini tuo, Altíssime.  Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini: in átriis domus Dei nostri. | The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God.  (Ps. 91: 2)  It is good to give praise to the Lord: and to sing to Thy Name, O Most High.  Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit. As it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.  The just shall flourish like the palm tree: he shall grow up like the cedar of Libanus: planted in the house of the Lord, in the courts of the house of our God. |
| **COLLECTS**<br>Deus, qui in tuæ caritátis exémplum, ad fidélium redemptiónem sanctum Petrum Ecclésiam tuam nova prole fecundáre divínitus docuísti: ipsíus nobis intercessióne concéde: a  peccáti servitúte solútis, in cælésti pátria perpétua libertáte gaudére: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | O God, Who after the example of Thine own love didst divinely teach blessed Peter to enrich Thy Church with a new offspring for the ransoming of the faithful: grant by his intercession that we may be set free from the bondage of sin, and may rejoice<br>in lasting freedom in our heavenly home.  Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| *(For St. Agnes Virgin and Martyr)*<br>Deus, qui nos ánnua beátæ Agnétis Vírginis et Mártyris tuæ solemnitáte lætíficas: da, quǽsumus; ut, quam venerámur officio, étiam piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | *(For St. Agnes Virgin and Martyr)*<br>O God, who year by year dost gladden us with the festival of blessed Agnes, Thy Virgin and Martyr, grant, we beseech Thee, that as we honor her in this service, we may follow the example of her holy life.  Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **EPISTLE 1 Corinthians 4: 9-14**<br>Fratres: Spectáculum facti sumus mundo, et ángelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum, vos autem prudéntes in Christo: nos infírmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitímus, et nudi sumus, et cólaphis cǽdimur, et instábiles sumus, et laborámus operántes mánibus nostris: maledícimur, et benedícimus: persecutiónem pátimur, et sustinémus: blasphemámur, et obsecrámus: tamquam purgaménta hu jus mundi facti sumus, ómnium peripséma usque adhuc. Non ut confúndam vos, hæc scribo, sed ut fílios meos caríssimos móneo: in Christo Jesu Dómino nostro. | Brethren, We are made a spectacle to the world, and to angels, and to men. We are fools for Christ's sake, but you are wise in Christ; we are weak, but you are strong; you are honorable, but we without honor. Even unto this hour we both hunger and thirst, and are naked, and are buffeted, and have no fixed abode; and we labor, working with our own hands: we are reviled, and we bless; we are persecuted, and we suffer it. We are blasphemed, and we entreat; we are made as the refuse of this world, the offscouring of all even until now. I write not these things to confound you; but I admonish you as my dearest children: in Christ Jesus our Lord. |
| **GRADUAL Psalms 36: 30, 31**<br>Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium.  Lex Dei ejus in corde ipsíus: et non supplantabúntur gressus ejus. | The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment.  The law of his God is in his heart: and his steps shall not be supplanted. |
| *(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)* | *(From Septuagesima until Easter the Lesser Alleluia is omitted and the Tract is said instead)* |
| **LESSER ALLELUIA  Psalms 111: 1**<br>Allelúia, allelúja.  Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. Allelúja. | Alleluia, alleluia.  Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. Alleluia. |
| **TRACT Psalms 111: 1-3**<br>Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis.  Potens in terra erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur.  Glória et divítiæ in domo ejus: et justítia ejus manet in sǽculum sǽculi. | Blessed is the man that feareth the Lord: he shall delight exceedingly in His commandments. His seed shall be mighty upon earth: the generation of the righteous shall be blessed. Glory and wealth shall be in his house: and his justice remaineth for ever and ever. |
| **GOSPEL Luke. 12: 32-34**<br>In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nolíte timére pusíllus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite quæ possidétis, et date eleemósynam. Fácite vobis sácculos, qui non veteráscunt, thesáurum non deficiéntem in cælis: quo fur non apprópiat, neque tínea corrúmpit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit. | At that time, Jesus said to His disciples: Fear not, little flock, for it hath pleased your Father to give you a kingdom. Sell what you possess and give alms. Make to yourselves bags which grow not old, a treasure in heaven which faileth not: where no thief approacheth, nor moth corrupteth. For where your treasure is, there will your heart be also. |
| **OFFERTORY Psalms 20: 2, 3**<br>In virtúte tua, Dómine, lætábitur justus, et super salutáre tuum exsultábit veheménter: desidérium ánimæ ejus tribuísti ei. | In Thy strength, O Lord, the just man shall joy, and in Thy salvation he shall rejoice exceedingly: Thou hast given him his heart's desire. |
| **SECRETS**<br>Laudis tibi. Dómine, hóstias immolámus in tuórum commemoratióne Sanctórum quibus nos et præséntibus éxui malis confídimus et futúris.  Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | In memory of Thy Saints, O Lord, we offer Thee the sacrifice of praise, by which we trust to be freed from both present and future evils.  Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| *(For St. Agnes Virgin and Martyr)*<br>Super has, quǽsumus, Dómine, hóstias benedíctio copiósa descéndat: quæ et sanctificatiónem nobis cleménter operétur, et de Mártyrum nos solemnitáte lætíficet.  Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | *(For St. Agnes Virgin and Martyr)*<br>We beseech Thee, O Lord, may there descend upon these offerings Thine abundant blessing: both mercifully to work our our sanctification and to give us joy on this  festival of Thy Martyrs. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| **COMMUNION Matthew 19: 28, 29**<br>Amen dico vobis: quod vos, qui reliquístis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis et vitam ætérnam possidébitis. | Amen I say to you, that you, who have left all things and followed Me, shall receive a hundredfold, and shall possess life everlasting. |
| **POSTCOMMUNIONS**<br>Refécti cibo potúque cælésti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in cujus hæc commemoratióne percépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | We who are refreshed by heavenly meat and drink, humbly entreat Thee, O God, that we may be defended by the prayers of him in whose memory we have received them.  Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |
| *(For St. Agnes Virgin and Martyr)*<br>Súmpsimus, Dómine, celebritátis ánnuæ votiva sacraménta: præsta, quǽsumus; ut et temporális vitæ nobis remédia præbeant et ætérnæ.  Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum. | *(For St. Agnes Virgin and Martyr)*<br>O Lord, we have received Thy holy Sacraments on this annual festival: grant, we beseech Thee, that they  may confer upon us healing remedies both for this present life and for life eternal. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever. |